


I V S T I L I P S I  
D E  
A M P H I T H E A T R O  
L I B E R.

*In quo forma ipsa Loci expressa,  
& ratio spectandi.*

Cum æneis figuris.

*O M N I A A V C T I O R A V E L M E L I O R A.*



ANTVERPIÆ,  
EX OFFICINA PLANTINIANA,  
Apud Ioannem Moretum.

cIc. Ic.IV.

*Cum Privilegiis Cesareo & Regio.*

# AD LECTOR E M.




Vm universam rem Spectaculo-  
 rum veterum illustrare statuisse,  
 Muneris inquam viriusque, tum  
 Circi, & Scana; atque ad eam cogi-  
 tationem parata mihi iam materia  
 omnis & seges esset: valde pro bono  
 mihi visum, imò necessario, de Locis ipsis eorumq; for-  
 mā quadam predici. Nam cùm ratio totaludorum in-  
 nexa iis & apta sit: fit omnino, ut qui illa non capiat,  
 istos parum firmiter teneat, & caligans hasitanq; ne-  
 sciat, etiam qua scire se arbitratur. Itaque cùm libros  
 meos De Gladiatoribus iam emissem, non sine cause &  
 Senatoria & Equestris aliquo plausu; illos De Venatione  
 in manibus haberem & perpolirem: hoc quod vi-  
 des, De Amphitheatro, prius contexui: in quo imago,  
 facies, habitus omnis Arena expressus, quā stilo meo,  
 quā penicillo. Nam nec formas & imagines operum  
 neglexi. et si fateor, maiorem me rationem rituum du-  
 xisse, quām Architectura. filii enim hac nostra seruiunt  
 & praludent, ut illos censemus scriptoribus priscis. Ta-  
 men nec Architectura spretā à me prorsus, quatenus ea  
 quidem ad voluptatem aliquid conferre videretur,  
 sive admirationem. Sed quidquid hoc est opera, feria-  
 tum id mihi & verè ludicum fuisse, non nego. Vix  
 enim duodecim dierum tota ista scriptio & meditatio  
 est: quos lege ac more sepositos à seriis publicisq; Lectioni-  
 bus, transferre mihi visum ad hanc curam. Nec ad-

I. LIPSI  
DE AMPHITHEATRO  
LIBRI

## CAPUT PRIMUM.

*Dialogi occasio. Florentij lass. Urbs diruta, non diruta:  
et splendida eius ruina.*


**V**M Romæ adolescens admodum agerem, lustrandæ & noscendæ in primis antiquitatis: familiaritas mihi fuit sanè utilis cum Nicolao Nic. Flo-  
reusij lass. Florentio, populari nostro: viro, à quo elo- gium hoc Veritas numquam spernet, veræ modestiæ & doctrinæ. Sed illa, in eo statim & aspectu ipso elucebat; hęc, secreta magis & recondita, nec eruenda nisi in consuetudine aliquā & vsu. Ut gemmarum la- Dottrina  
vera, non  
instructa. pidumque arcanæ vires, non nisi attritu & experiendo appa- rent: sic in plerisque vera eruditio, quę interiori animo insita, foras non spectat aut pendet. Alienus enim uero hic noster ab omni ambitione siue typho, Batauā quadam simplicitate age- bāt: qui que scire ipse, quām sciri; nosse multa, quām à mul- tis nosci præoptabat. Scđ cum primis illi studium & scientia lo- corum, monumentorumque veterum: quę curiosè iam aliquot annos lustrabat, indagabat: acri quodam & directo iudicio, noua cum priscis, prifica cum illis componens. Haud temerè illum fugiebat, quid, non dicam in quaque parte Vrbis, sed Italię, eximum fuisset: & ex leuibus quibusdam errantibusque vestigiis, mirum quām sagaciter perueniebat ad cubilia ipsa re- rum. Cum hoc igitur viro & sermo mihi tunc creberet, nec infrequens ambulatio fuit: cùm studio quodam Antiquitatis incensus (cuius amor, vt, cum Pindaro dicam, pupugerat mihi meac) sæpe & petere, & promere aliquid, ex hoc the- sauro. Quod ipsum accidit die quodam aestiuo pomeridiano, cùm ego cum statim à prandio (vnā enim fueramus) manu



AMPHITHEATRVM TITI

AMPHITHEATRI INTERIOR FACIES, QVALEM  
EAM FVISSE CVM OMNIBVS MEMBRIS SVSPICAMVR.

CAP. XIII.



3. *Ara*, quæ faciat latoe latiatæ, de quâ dixi, cap. IIII.

2. *Portus*, per quas immittit in Aereum bestie. Has clausas ianuis fusse creditum: non solum ad bellas, ne egressis patet etiam solutis; sed etiam ad aquas coercentias, cum usq; Amphitheatrum impletum, eti; tamè tunc fortasse magis compactæ addi pro tempore potuerent. Vide super his portis cap. VIII. & IX.

3. *Podium*, cum suis columellis: & in medio Soggerius Imperatoris. Dixi cap. XI.

4. *Præcinctio*, sive *Diazoma*, id est gradus aliorum & latiorum: cuius genitivus *Præcinctus* sive *Diazomatis* in Theatris Vetusimus docet. Sed in eo numero videtur enim præcinctio sive diazoma inveniuntur, que ad ipsius *Podium*. Itatur enim præcinctio collacando, que ad ipsius *Podium*.

5. *Vomitoria*, sive aditus, id est, portus, ex quædam quadrata in ipsum gradibus, per quas in secula dum debeatitur. Ad eas, minuti illi gradus Kalares, ut per eos, utique ad destinata bisellia sua iret. Spanum

medium inter Scalares binos, Cuneum vocamus: quia quadam tenus ea forma est, ut in acie instruenda Cuneum item vocant.

6. *Foramina*, ad transmittendos mala, que paucæ hic expressa, sed tamen ibant in orbem: & exterritæ à muluis quibuldam mala iustinebantur. Cetera opinor fatus clara esse ex descriptione nostra, quæ est capite XIII.

*Antwerpia*, ex Officina Plantiniana.

I V S T I L I P S I  
D E  
**AMPHITHEATRIS**  
Q V Æ  
E X T R A R O M A M  
L I B E L L V S.


*In quo Forma eorum aliquot & typi.*



A N T V E R P I Æ,  
E X O F F I C I N A P L A N T I N I A N A,  
Apud Ioannem Moretum.  
cIc. Ic.c.IV.

*Cum Privilegiis Cesareo & Regio.*

AMPHIT. VERONENSE.




IVSTVS LIPSIVS  
A B R A H A M O  
O R T E L I O  
S V O S. D.

**N**Ex tu beneficā quādam naturāes, mi Ortelii: quirem omnem tuam librariam, tam promptè non offers mihi solum, sed ultrò adfers. Vix inieceram de libellis aliquot: tu mihi promis largiter ex ubere tuā penus, & ambabus, quod Graci dicunt, manibus donas. Amo iure, ut antea virtutem modestiamq; tuam sic prolixū hunc amorem. nec diffiteor vñ sui mihi apparatum istum fuisse, ad meam hanc Arenam. Illa præsertim Serlij. qua et si ad Architecturam externam in primis spectant (quam anxiè hic non quasui:) tamen insuere iis, quæ in formā facieq; ipsā loci, gressus meos vacillantes direxerint, aut firmarint. Imagines enim aliquot talium monumentorum cum iudicio & fide repræsentat: quorum adspexit viam nobis in parte sternit, ad intellectum veterum morum. Et quamquam ipsi corāmea olim vidimus, & per biennium fere solum pressimus Dominae urbis: tamen, ut adolescentia nostra tunc fuit, nec abdita illa & à fronte remotare rerum penetrauimus; nec cum accuratiōne satis excerpsumus, quidquid ad meliorem usum. Scilicet errauit eumdem errorē, quem plerique hodie mihi compares: & pueritiam adolescentiamque peregrinationibus dedi qua iudicium & dilectum profectō querunt. id est, virum. Quos mihi in animo & oculis ex istis, qui varias terras & marias circulati sunt? adeò cum nullo suo fructu, ut plerique

I. L I P S I  
**D E A M P H I T H E A T R I S**  
**Q V Æ E X T R A R O M A M**  
**L I B E L L I,**  
**C A P V T P R I M V M.**

*Amphitheatra crebra admodum in prouinciis fuisse: eorumque aliquot recensio.*

**S**I ædificij aut publici operis vllum genus crebrum in Italiâ & prouinciis fuit: reperies hoc fuisse, quod ad ludos spectat. Ut enim Romani victis gentibus linguam & mores intulèrent: Amphi-  
theatra pas-  
sionis in pro-  
vinciis. sic vitia. hæc præsertim, quæ blandiebantur, & admissionem sibi postulabant specie quædam amanè voluptatis. Itaque Theatra, Circi, Stadia exstructa passim: sed imprimis Amphitheatra, quia omnis plebs dedita maximè in spectaculis illis crudis & cruentis erat. Historiæ passim docent, & Christiana item Martyrologia; in quibus totius mentio puri illius sacrûque sanguinis, in ferinâ hac sede effusî. Martyres  
objeci ob-  
stius. Quod si tamen non ingerant libri: certè oculi. cum etiam nunc ruinæ & reliquiae ubique occurrant insignium locorum. Et de aliis prouinciis dubitemus? Ecce Iudæa illa ipsa conscia dei veri, dei magni, in hanc culpam venisse reperiatur: quamquam sine suâ pænè culpâ. Herodes enim, magnificus sanè & cetera illustris rex, non uno loco Iudæę Amphitheatra inædificauit: siue ipse pronus in eos ludos, siue studio quodam hac quoque parte placendi Romanis. Exstruxit in ipsâ vrbe sacrâ, In ipsâ Iu-  
daâ, Am-  
phitheatra. ut Iosephus ait, Αυτοῦ δὲ πόλις μέγιστη: in Campo, maximum Amphitheatum. Item Cæsareę, ait idem scriptor, αὐτοῦ δὲ πόλις μέγιστη: In orbe ite-  
toto Ro-  
manus. Nec de Græciâ mihi aliquis dubitet, Africâ, Asiâ, Hispaniâ, Galliâ; non certè is, qui res & mores in parte norit saeculi vetusti. Audeo adfirmare, tam aliquam siue coloniam siue municipium fuisse, in



LES ARENES A DOVE EN POICTOV.  
LAEVINVS F. AN. 1584.

**A N T V E R P I E,**  
**E X O F F I C I N A P L A N T I N I A N A ,**  
**A P V D I O A N N E M M O R E T U M .**

**C I C . I C C . I V .**

*Filius Filipinus*

